

TANTAS VARIAT VICES, CREDE FORTUNIS CADUCIS HOMINUM id est noli credere.<sup>18</sup> Loquitur enim yronice et yronia debet exponi per contrarium: CREDE id est noli credere.<sup>18</sup> (16) BONIS FUGACIEBUS cuiusmodi sunt omnia bona Fortune quod patet ex hoc quod (17) CONSTAT POSITUMQUE EST id est stabilitum ETERNA LEGE UT NICHIL GENITUM<sup>19</sup> CONSTET id est immutabile permaneat. Nichil enim immutabile nisi solus Deus.

## [II p 4]

TUM EGO prosa quarta huius<sup>1</sup> libri secundi.<sup>1</sup> Postquam Philosophia ostendit supra non esse conquerendum de Fortuna propter bona que Boecio in preterito contulit. Hic ostendit non esse conquerendum de Fortuna propter bona que ei in presenti dereliquit. Et circa hoc duo facit. Primo docet <sup>eum</sup> ~~enim~~ in presenti plurima bona Fortune habere, licet non ita habundet in omnibus sicut prius. Secundo ostendit securiorem uitam esse que nec nimis habundat nec nimis eget quam illa que in alterutro excedit metro quarto ibi QUISQUIS VOLET. Circa primum duo facit. Primo enim

---

-----  
 18 id est noli credere loquitur enim yronice et yronia debet exponi per contrarium credere id est noli credere (yrona D)RD yronia est id est noli credere PO yronia est credere id est noli credere J /  
 19 genitum RPO gemitum J /

1 huius libri secundi R huius secundi JO libri secundi D /

inducitur Boecius se in preterito felicem fuisse concedens sed suam infelicitatem presentem plangens. Secundo inducitur Philosophia ipsum in presenti felicem esse ostendens ibi (~~X~~<sup>6</sup>) SED QUOD TU. Dicit ergo primo (1) TUM EGO scilicet Boecius O, INQUAM, NUTRIX OMNIUM VIRTUTUM dicitur autem Philosophia nutrix omnium uirtutum quia nisi per sapienciam sciat aliquis quid sit faciendum et quid non nec habere nec conseruare poterit uirtutem VERA COMMEMORAS<sup>2</sup> NEC POSSUM<sup>u5</sup> INFICIARI id est negare VELOCISSIMUM CURSUM PROSPERITATIS MEE. SED HOC EST QUOD COQUIT id est anxiat animum VEHEMENCIOUS RECOLENTEM scilicet preteritam felicitatem. NAM IN OMNI ADVERSITATE FORTUNE INFELICISSIMUM GENUS INFORTUNII EST FUISSE FELICEM scilicet et non esse. Sunt enim duo genera infortunii: unum continuum aliud interpolatum prosperitate et aduersitate. Primum est infelix; secundum uero infelicius eo quod primum ex consuetudine minus nocet. Unde Seneca ad Serenam<sup>u</sup> de tranquillitate animi: tolerabilius faciliusque est non acquirere quam amittere, ideoque<sup>4</sup> letiores uidebis quos numquam Fortuna respexit quam quos deseruit.<sup>5</sup> Idem<sup>6</sup> ad Heluiam<sup>6</sup> matrem suam de

a IX viii, c. 3

~~\*/~~

-----  
 2 commemoras RPD commemorans JO / 3 possum R possumus corr. J  
 possum' D possumus PO / 4 ideoque JDO ideo RP / 5 No<sup>a</sup> ante  
 deseruit del. J / 6 idem ad heluiam R item ad hespian P quod ad  
 helbiam J idem ad esbiam D idem ad heluiam (ex hesbiam) O /

<sup>a</sup>  
 consolacione filii: unum habet assidua infelicitas bonum: quod  
 quos semper uexat indurat. Deinde cum dicit (6) SED QUOD TU  
 inducitur Philosophia ostendens Boecium in presenti esse felicem.  
 Et est hic aduertendum quod uera felicitas non potest consistere  
 aliquo modo in rebus fortuitis et transitoriis sicut probabit  
 Philosophia infra. Et ideo illi qui adeptione talium rerum se  
 felices estimant<sup>7</sup> uel earum amissione infelices falsa opinione  
 decipiuntur.<sup>8</sup> Sed quia subito non potest immutari opinio hominum,  
 ideo primo Philosophia miseris condescendens supponendo cum eis in  
 bonis transitoriis felicitatem consistere, ostendit Boecium in  
 presenti ex maiori parte felicem fuisse et ideo de Fortuna non  
 conquerendum. Secundo occasione ex dictis Boecii accepta probat  
 neminem huiusmodi felicitatem totaliter assecutum esse ibi<sup>9</sup> (35)  
 ET HEREANT, INQUAM. Dicit ergo Philosophia O Boeci, tu conquereris  
 te infelicem esse in presenti: utique magis procedit hec querimonia  
 ex tua falsa estimacione quam ex condicione rerum. Et hoc est (6)  
 SED QUOD TU O Boeci LUIS SUPPLICIUM FALSE OPINIONIS, ID NON POSSIS  
 IURE REBUS IMPUTARE. Tum ut geram<sup>11</sup> morem oppinioni tue adhuc  
 ostendam te esse<sup>12</sup> felicem. (8) NAM SI HOC NOMEN INANE scilicet

a XII ii, c. 3

-----  
 7 estimant JR estimabant PO existimabant D / 8 decipiuntur JR  
 decipiebantur PO / 9 ibi O om. RJP / 10 O boeci... sed  
 quod tu (conqueris JR) OJR om. P / 11 geram RPO gerem J /  
 12 te esse R te PJO /

quod ego iudico inane quamuis tu non <sup>13</sup> FORTUITE FELECITATIS  
 MOVET scilicet affectum tuum LICET id est licitum est UT REPUTES  
 id est computes MECUM QUAM PLURIBUS MAXIMISQUE HABUNDES. IGITUR  
 SI QUOD <sup>14</sup> IN OMNI CENSU TUE FORTUNE scilicet quando te felicem  
 reputasti PRECIOSISSIMUM POSSIDEBAS, ID TIBI DIVINITUS ADHUC  
 ILLESUM INVIOLATUMQUE SERVATUR, POTERISNE MELIORA QUEQUE RETINENS  
 CAUSARI id est conqueri IURE DE INFORTUNIO <sup>15</sup> ? quasi diceret non  
 sed preciosissima queque sunt tibi conseruata. Quod probat dicens  
 (15) ATQUI ILLUS PRECIOSISSIMUM DECUS HUMANI GENERIS SYMACHUS <sup>16</sup>  
 SOCER scilicet tuus VIGET INCOLUMIS qui non tantum est preciosissimum  
 humani generis <sup>16</sup> sed et illud est QUOD TU EMERES NON SEGNIS PRECIO  
 VITE quasi diceret tantum diligis eum quod uitam tuam pro eo  
 impenderes, <sup>17</sup> nec mirum quia ipse est VIR TOTUS FACTUS EX SAPIENCIA  
 VIRTUTIBUSQUE qui scilicet <sup>N</sup> INGEMISCIT TUIS INIURIIS SECURUS SUARUM  
 scilicet iniuriarum quod patet ex hystoria <sup>18</sup> huic operi premissa.  
 (18) VIVIT UXOR scilicet tua INGENIO MODESTA PUDORE PUDICICIE  
 PRECELLENS ceteras ET UT BREVITER OMNES EIUS DOTES id est uirtutes  
 INCLUDAM, PATRI scilicet Symacho SIMILIS EST. Hic color rethoricus  
 quem frequentacionem uocat Tullius libro quarto rethorice secunde <sup>18</sup>

2 Ad Her. IV x 1, 52

-----  
 13 tu non RPO te (in ras. ?) non J / 14 si quod R si quid PJO /  
 15 infortunio RPO infortuno J / 16 symachus (-macus RO) . . .  
 humani generis RPO om. J / 17 impenderes RP inpendens JO /  
 18 hystoria RPO historia J /

et est cum res in tota causa disperse coguntur in unum locum.  
 (21) VIVIT INQUAM <sup>TIBI</sup> id est ad consolacionem tuam TANTUM SERVAT  
 SPIRITUM scilicet suum EXOSA HUIUS VITE QUOQUE UNO FELICITATEM  
 TUAM scilicet presentem MINUI VEL id est saltem IPSA id est ego  
 CONCESSERIM, TABESCIT DESIDERIO LACRIMIS AC DOLORE TUI<sup>19</sup> (25)  
 QUID DICAM ? color rethoricus qui dicitur occupacio de quo dictum  
 est supra prosa secunda LIBEROS id est filios tuos legitimos  
 CONSULARES QUORUM ELUCET SPECIMEN id est similitudo PATERNI id est  
 tui VEL AVITI<sup>20</sup> id est Symachi qui fuit auus eorum ex parte matris  
 INGENII UT IN ID ETATIS<sup>21</sup> PUERIS quasi diceret similes sunt patri  
 uel auo in prudencia quantum<sup>22</sup> etas permittit. (27) CUM IGITUR<sup>23</sup>  
 MORTALIBUS SIT PRECIPUA CURA VITE RETINENDE quia unumquodque  
 nititur naturaliter<sup>24</sup> ad saluandum uitam O TE FELICEM supple dico  
 CUI SUPPETUNT ILLA QUE NEMO DUBITAT CARIORA ESSE VITA. (30) QUARE  
 SICCA IAM LACRIMAS scilicet ex quo tantam retines felicitatem noli  
 iam conquerendo flere. NONDUM EST AD UNUM id est adeo OMNIS  
 FORTUNA EXOSA scilicet ut sic conqueri debeas NEC INCUBUIT TIBI  
 TEMPESTAS NIMIUM VALIDA QUANDO TENACES HERENT ANCHORE et est hic

*SITUA BONA  
COGNOSCAS?*

-----  
 19 lacrimis ac dolore tui RO ac lacrimis doloris P lacrimis ac  
 doloris tui J / 20 auiti scripsi auitii PeG aui tui RPJMOD /  
 21 id etatis RPO hiis etatis J / 22 quantum PO <sup>quanta</sup> RJ / 23 igitur  
RPO ergo J / 24 nititur naturaliter RPO naturaliter nititur J /

color rethoricus quem Tullius quarto rethorice secunde uocat  
 ymaginacionem. ANCHORAS TENACES uocat prenominatos amicos Boecii.  
 Sicut enim anchora retinet nauem ne totaliter tempestati succumbat,  
 sic sua consolacione amici retinent hominem impetu Fortune agitatum  
 ne totaliter a sua stabilitate<sup>25</sup> deiciatur. Unde dicit sic quod  
 (32) HERENT TENACES ANCHORE id<sup>26</sup> est amici<sup>26</sup> affectu inseparabiles  
 QUE scilicet anchore NEC SOLAMEN PRESENTIS temporis NEC SPEM  
 FUTURI ABESSE scilicet tibi PACIANTUR. Deinde cum dicit (35) ET  
 HEREANT hic occasione dictorum Boecii probat felicitatem fortuitam  
 nemini totaliter euenisse. Et<sup>27</sup> circa hoc tria facit. Primo enim  
 ponit ipsa uerba Boecii. Secundo eorum occasione ostendit  
 (felicitatem fortuitam) nemini totaliter euenisse ibi<sup>27</sup> (38) ET ILLA:  
 PROMOVIMUS. Tercio ostendit ueram felicitatem in rebus fortuitis<sup>28</sup>  
 consistere non posse ibi (72) QUID IGITUR<sup>29</sup> O MORTALES. Primo ergo  
 inducitur Boecius maiorem partem sue felicitatis remanere concedens  
 et quedam minora abesse plangens. Continuacio: tu Philosophia  
 dixisti quia adhuc remanentibus amicis (32) HERENT ANCHORE TENACES ET  
 ego Boecius PRECOR QUOD HEREANT; NAMQUE ILLIS MANENTIBUS UTCUMQUE

a: Cf. Ad Her. IV x]ix, 62

-----  
 25 stabilitate JO subtilitate stabilitate R subtilitate P /

26 id est amici JR amice P amici Q / 27 et circa . . . euenisse

ibi R (fortuitam felicitatem Q) om. JP / 28 fortuitis RPO

fortunis J / 29 quid igitur R quid sunt PJO /

id est qualitercumque RES SE HABEANT<sup>30</sup> ENATABIMUS id est<sup>31</sup>  
 euadendo presentem aduersitatem Fortune SED O Philosophia tu  
 VIDES QUANTUM ORNAMENTIS NOSTRIS id est quantum de exterioribus  
 bonis quibus ornari uidebamus DECESSERIT.<sup>32</sup> Deinde cum dicit  
 (38) ET ILLA probat felicitatem fortuitam nemini posse totaliter  
 euenire. Et circa hoc duo facit. Primo inducitur Philosophia  
 planctum Boecii de paucorum defectu reprehendens. Secundo  
 probacionem predictam ponens ibi (41) QUIS EST ENIM TAM COPIOSE.  
 Dicit ergo primo (38) ET ILLA scilicet Philosophia INQUIT  
 PROMOVIMUS ALIQUANTULUM scilicet animum tuum ad consolacionem  
 SI NONDUM PIGET TE TOCIUS TUE SORTIS scilicet<sup>33</sup> quia melior<sup>33</sup> pars  
 tibi salua manet SED DELICIAS TUAS FERRE id est sustinere NON  
 POSSUM QUIA<sup>34</sup> TAM LUCTUOSUS ATQUE ANXIUS QUI QUERARIS ALIQUID  
 ABESSE TUE BEATITUDINI scilicet quam tu beatitudinem reputas cum  
 uere beatitudo non sit. Deinde cum dicit (41) QUIS EST ENIM<sup>35</sup>  
 probat felicitatem fortuitam in qua miseri beatitudinem ponunt  
 nulli posse totaliter euenire. Et hoc duplici ratione quarum  
 prima talis. Illa felicitas nulli totaliter prouenit cui status  
 suus in aliquo displicet, sed nullus inuenitur felicitate fortuita

*Does it  
 really have  
 quia ... qui?  
 Healer qui only*

---

-----  
 30 habeant RPO habent J / 31 id est JO scilicet R quia P /  
 32 decesserit JO abscesserit RP / 33 scilicet quia melior RO quia  
 scilicet melior P quia melior J / 34 quia RPO quid in ras. J /  
 35 enim RPO enim qui J /

tam felix<sup>36</sup> cui status suus in aliquo non displiceat, ergo etc.  
 Istam rationem primo innuit cum dicit (41) QUIS EST ENIM TAM  
 COPIOSE FELICITATIS id est tam copiose felix QUI NON RIXETUR EX  
 PARTE ALIQUA CUM QUALITATE SUI STATUS quasi diceret nullus.  
 Secundo cum dicit (43) ANXIA probat minorem istius rationis sic.  
 Ille<sup>37</sup> status<sup>u</sup> unicuique displicet per quem non acquiritur aliquid  
 quod optat nec retinere potest quod delectat. Sed talis est status  
 felicitatis fortuite eo quod bona humana in quibus consistit  
 huiusmodi felicitas nec totaliter proueniunt nec perpetuo subsistunt.  
 Quare etc. Unde dicit (43) ANXIA EST ENIM RES CONDICIO HUMANORUM  
 BONORUM ET TALIS QUE VEL NUMQUAM PROVENIAT TOTA VEL NUMQUAM  
 PERPETUA SUBSISTAT. Quod autem non tota proueniat exemplariter  
 probat dicens (46) HUIC CENSUS EXUBERAT SED EST PUDORI DEGENER  
 SANGUIS id est ignobilitas quia forte est seruilis condicionis.  
 Et dicitur sanguis seruilis degener quia homines naturaliter  
 liberi sunt et per seruitatem<sup>u</sup> degenerant a natura. (47) HUNC  
 NOBILITAS NOTUM FACIT<sup>A 38</sup> SED INCLUSUS ANGSTIA REI FAMILIARIS  
 scilicet oppressus egestate MALLET ESSE IGNOTUS. (49) ILLE  
 UTROQUE scilicet censu et nobilitate CIRCUMFLUUS DEFLET VITAM  
 CELIBEM id est solitariam uel castam sine uxore quia forte non  
 potest aliam ducere ET ILLE<sup>39</sup> NUPCIIS FELIX scilicet habendo

---

-----  
 36 tam felix RPO felix J / 37 ille RPO iste J / 38 facit J  
 fac' R faciat PO / 39 ille J iste R ita PO /



uxorem <sup>R</sup> OBUS LIBERIS ALIENO HEREDI NUTRIT CENSUM. (51) ALIUS  
<sup>A</sup> PROLE LETATUS FILII FILIEVE DELICTIS<sup>40</sup> MESTUS ILLACRIMET. (52)  
 ICCIRCO NEMO CONCORDAT FACILE CUM CONDICIONE SUE FORTUNE; INEST  
 ENIM SINGULIS QUOD INEXPERTUS IGNORET scilicet et ideo ignorando  
 cupiat alterius fortunam et EXPERTUS EXHORREAT. Tercio ibi (54)  
 ADDE QUIA posset aliquis dicere quod uerum est quod nullus  
 complacet statu suo cui deest magnum bonum fortuitum sicut patet  
 in exemplis adductis. Sed defectus alicuius modici boni non  
 tollit complacenciam status nec impedit quin homo sit totaliter  
 felix. Hoc excludit tali ratione quia quanto aliquis felicior  
 est tanto delicacior; quanto autem aliquis delicacior tanto magis  
 defectu alicuius modici<sup>41</sup> grauatur. Et ita felicissimis minima  
 subtrahunt complementum beatitudinis. Unde dicit (54) ADDE scilicet  
 ad predicta QUOD FELICISSIMI CUIUSQUE<sup>42</sup> DELICATISSIMUS EST SENSUS  
 ET NISI CUNCTA SUPPETANT AD NUTUM, INSOLENS id est impaciens OMNIS  
 ADVERSITATIS quia cum sit delicatus nullam pati potest MINIMIS  
 QUOQUE PROSTERNITUR a sua felicitate; ADEO PEREXIGUA SUNT id est  
 ualde exigua QUE FORTUNATISSIMIS<sup>43</sup> DETRAHUNT SUMMAM id est  
 perfeccionem BEATITUDINIS. Deinde cum dicit (59) QUAM MULTOS

---

-----  
 40 delictis RPO delectis in ras. J / 41 modici JO modici boni R  
 boni modici P / 42 cuiusque RPO cuius J / 43 fortunatissimis RPO  
 fortunatissimus J /

ponit aliam rationem talem. Ille res non faciunt hominem totaliter felicem cuius status plus complacet ex dispositione animi quam ex condicione rei sed tales sunt res fortuite quod<sup>44</sup> ad eas plus complacet homini status suus ex dispositione animi quam ex condicione rei. Ergo etc. Minor probatur per hoc quod una et eadem res quam unus iudicat spectare ad miserium alius reputat spectare ad felicitatem. Et sic patet una pars minoris scilicet statum hominis non complacere sibi ex condicione rerum fortuitarum. Unde dicit alloquendo hominem qui suam fortunam miseriam reputavit (59) QUAM MULTOS ESSE CONIECTES QUI SESE CELO PROXIMOS scilicet felicissimos ARBITRENTUR SI PARS MINIMA EIS CONTINGAT DE RELIQUIIS FORTUNE TUE ? Verbi gracia (61) HIC LOCUS QUEM TU EXILIUM VOCAS et ad miseriam spectare reputas INCOLENTIBUS PATRIA EST et ita eorum iudicio ad felicitatem spectans et ita est de aliis. Unde uniuersaliter de rebus fortuitis concludit quod (62) ADEO NICIL EST MISERUM NISI CUM PUTES id est nisi ex reputacione animi CONTRAQUE OMNIS SORS BEATA EST EQUITATE TOLERANTIS. Et hoc est alia pars minoris scilicet quod status alicuius complacet ei ex dispositione animi. Quod probat per hoc quod subditur quod nullus status quantumcumque rebus fortuitis abundans sit in tantum complacet quin si motus fuerit homo ad impacientiam nolit<sup>45</sup> eum commutare. Unde dicit (64) QUIS EST

---

-----  
 44 quod PO eo quod J om. R. / 45 nolit PO uelit RJ /

ILLE TAM FELIX scilicet<sup>46</sup> felicitate fortuita<sup>46</sup> QUI CUM DEDERIT  
 MANUS IMPACIENCIE id est cum factus fuerit impaciens STATUM SUUM  
 MUTARE NON OPTET ? Unde in principio Sermonum querit Oracius  
 quo modo est quod cuilibet homini suus status displicet et alterius  
 placet, unde dicit

Qui fit, Mecenas, ut nemo quam sibi sortem  
 Seu ratio dederit seu sors obiecerit, illa  
 Contentus uiuat, laudet diuersa sequentes?

Et manifestat hoc per exempl<sup>a</sup> de milite qui iam emeritus laudat  
 statum mercatorum; mercator econtra experiens pericula marina  
 laudat miliciam. Similiter legis periti laudant agricolas et  
 agricole urbanos. Quilibet enim cum occurrit sibi in<sup>47</sup> statu ~~suo~~  
 aliquid quod<sup>47</sup> displicet statim optat mutare statum suum. Unde  
 iste Boecius libro De Disciplina Scolarum<sup>48</sup> narrat de quodam quem  
 uocat filium inconstancie qui primo studio litterarum indulgens  
 atque earum laboriosa acquisitione pertesus<sup>48</sup> mercator factus est.  
 Sed cum nauigando prouocatus esset ad nauseam<sup>49</sup> ortolanus fieri<sup>49</sup>  
 uoluit; deficiente<sup>u</sup> yero legumine ad miliciam se transtulit.

d Cf. De Disciplina Schol. MS Paris. lat. 18424, 173r, 14.

-----  
 46 scilicet felicitate fortuita RO scilicet fortuita felicitate J  
 secundum felicitatem fortuitam P / 47 in statu suo aliquid quod R  
 in statu suo quod P in statu aliquid quod JO / 48 pertesus O  
 pcesus R fessus J processus P / 49 ortolanus fieri RP eciam  
 ortolanus fieri J (et h.f. O) /

Sed uisis hostium incursibus tucius estimauit studio <sup>oracionis</sup> ~~Catonis~~<sup>50</sup>  
 inhyare, cuius questionum cum difficultatem enodare non posset  
 uxoris amplexibus uacare disposuit. Visis autem undique  
 uirginibus in tedium ductus parentibus respondit: 'inprobo  
 corruptas lectos detestor aniles; nil michi cum feda uirgine  
 solus ero.' Spretis<sup>51</sup> igitur predictis astronomie studuit quam  
 quia sine labore in turris<sup>52</sup> eleuacione comprehendere non potuit  
 statum humanum detestans, 'utinam', inquit, 'humanitatem possem  
 exuere asininitatemque induere specie permutata.' Sic igitur<sup>53</sup>  
 licet per inconstanciam statum homines non mutant tamen nullus  
 inuenitur cui aliquando status suus non displicat aliquando  
 aduersitate occurrente quod multis modis in uita humana contingit.  
 Propter quod dicit (66) QUAM MULTIS AMARITUDINIBUS DULCEDO HUMANE  
 FELICITATIS RESPERSA EST ! que eciam si nullam amaritudinem  
 annexam haberet tamen hoc quod secundum desiderium retineri non  
 potest totaliter hominem felicem esse non sinit. Propter quod  
 dicit (67) QUE scilicet humana felicitas QUAMVIS VIDEATUR ESSE  
 IOCUNDA FRUENTI TAMEN scilicet in hoc est imperfecta quod RETINERI  
 NON POTEST QUOMINUS id est ut<sup>54</sup> non ABEAT<sup>55</sup> CUM VELIT. Unde ex

---

-----  
 50 Catonis R oracionis P oratonis J cratonis OPeGM cyceronis D /  
 51 spretis JPeGMD scriptis PO septis R / 52 turris RO turis J  
 terris P / 53 igitur RPO ergo J / 54 id est ut RO id est J  
 scilicet ut P / 55 abeat P habeat RJO /

predictis omnibus concludit dicens (69) LIQUET IGITUR<sup>56</sup> QUAM  
 MISERA SIT BEATITUDO RERUM MORTALIUM QUE utique uera beatitudo  
 non est QUE NEC APUD EQUANIMOS PERPETUA PERDURAT NEC ANXIOS TOTA  
 DELECTAT. Deinde cum dicit (72) QUID IGITUR<sup>57</sup> O MORTALES ostendit  
 quod uera felicitas in rebus fortuitis consistere non potest. Et  
 circa hoc duo facit. Primo ostendit ubi debet homo radicem uere  
 felicitatis querere; secundo quod non potest in rebus fortuitis  
 consistere ibi (78) ATQUE UT AGNOSCAS. Circa primum considerandum  
 quod beatitudo uera duplex est: quedam perfecta que habetur<sup>58</sup>  
 post hanc uitam quedam imperfecta que<sup>59</sup> in uita ista haberi potest,<sup>59</sup>  
 quam posuerunt philosophi consistere in operatione optime uirtutis.  
 Unde radix talis beatitudinis est tranquillitas animi ex moderacione  
 et sedacione passionum per habitus uirtutum. Per talem autem  
 tranquillitatem homo simpliciter sui compos efficitur ut passionibus  
 non substernatur.<sup>60</sup> Ita autem tranquillitas non est querenda in  
 rebus exterioribus sed solum habet esse in animo hominis. De ista  
 ergo beatitudine loquens Philosophia docet<sup>61</sup> ubi est querenda<sup>61</sup>  
 dicens (72) QUID IGITUR<sup>62</sup> O MORTALES EXTRA id est in rebus

---

-----  
 56 igitur RPO ergo J / 57 igitur RPO ergo J / 58 h̄r̄ in ras. J /  
 59 que in uita ista haberi potest (possit J) JO (quedam in hac uita  
 haberi potest R) om. P / 60 substernatur RO subsisternatur J  
 subalternatur P / 61 docet ubi est querenda PO docet ubi querenda  
 est R om. J / 62 igitur PO ergo RJ /

exterioribus et fortuitis PETITIS FELICITATEM INTRA VOS POSITAM ?  
 quasi diceret ignoranter agitis unde subdit ERROR INSCICIAQUE<sup>63</sup>  
 id est ignorancia VOS CONFUNDIT. (74) OSTENDAM BREVITER TIBI  
 CARDINEM id est radicem SUMME FELICITATIS. (75) ESTNE TIBI  
 ALIQUID PRECIOSIUS TE IPSO ? NICIL INQUIES. (76) IGITUR SI TUI  
 COMPOS FUERIS per tranquillitatem scilicet animi POSSIDEBIS QUOD  
 NEC TU AMITTERE VELIS scilicet<sup>64</sup> delectacionem in operacione  
 uirtutis perfecte NEC FORTUNA POSSIT AUFERRE. Deinde cum dicit  
 (78) ATQUE UT AGNOSCAS<sup>65</sup> ponit triplicem racionem ad ostendendum  
 quod uera felicitas non potest consistere in rebus fortuitis.  
 Secundam ponit ibi ADHUC terciam uero ibi (91) ET QUONIAM. Prima  
 ratio sumitur ex diffinicione uere beatitudinis et<sup>66</sup> est huiusmodi.  
 Beatitudo<sup>66</sup> est rationalis nature summum bonum, sed<sup>67</sup> quod potest  
 rationali nature auferri non est summum bonum quia melius est<sup>67</sup>  
 bonum quod auferri non potest quam quod potest auferri. Ergo in  
 eo quod potest rationali nature auferri non consistit beatitudo.

---

-----  
 63 inscīaq<sub>3</sub> J inscia R miseriaque P inscienciaque Q / 64 scilicet  
RPO sed J / 65 agnoscas JO cognoscas RP / 66 et est huiusmodi  
 beatitudo Q et est talis beatitudo R huius beatitudo est P est  
 huius beatitudo J / 67 sed quod potest rationali nature auferri non  
 est summum bonum quia melius est DM sed quod rationali nature aufertur  
 non est summum bonum quia melius est J quia melius est R sed melius  
 est PPeGO /

Sed talia sunt omnia fortuita. Dicit ergo (78) ATQUE<sup>68</sup> UT  
 AGNOSCAS BEATITUDINEM NON CONSTARE IN HIIS REBUS FORTUITIS, SIC  
 COLLIGE id est per tales rationes conclude. (79) SI BEATITUDO  
 EST SUMMUM BONUM NATURE DEAGENTIS id est uiuentis RACIONE NEC<sup>69</sup>  
 EST SUMMUM BONUM QUOD ULLO<sup>70</sup> MODO ERIPI POTEST, QUONIAM ILLUD  
 QUOD NEQUEAT AUFERRI PRECELLIT, MANIFESTUM EST QUOD INSTABILITAS  
 FORTUNE NON POSSIT ASPIRARE AD BEATITUDINEM PERCIPIENDAM. Deinde  
 cum dicit (84) ADHUC ponit rationem secundam et sumitur a  
 diffinitione et primo ponit rationem que talis est. Ille qui felix  
 est felicitate fortuita<sup>72</sup> aut scit eam mutabilem aut nescit. Si  
 nescit, ignorans est et per consequens infelix. Si scit, necesse  
 est ut<sup>73</sup> metuat ne<sup>73</sup> amittat. Cui autem continuus metus inest  
 felix esse non potest. Unde dicit (84) ADHUC scilicet ad predicta  
 addam aliam rationem ILLE QUEM CADUCA id est fortuita FELICITAS  
 VEHIIT VEL SCIT EAM ESSE MUTABILEM VEL NESCIIT. (86) SI NESCIIT,  
 QUENAM BEATA SORS ESSE POTEST CECITATE<sup>74</sup> IGNORANCIE ? quasi  
 diceret nulla. (87) SI SCIT, METUAT NECESSE EST NE AMITTAT QUOD  
 AMITTI POSSE NON DUBITAT; QUARE<sup>75</sup> CONTINUUS TIMOR NON SINIT ESSE

---

-----  
 68 atque RPO atqui J / 69 nec JOMD nature RPPeG / 70 ullo JOMD  
 nullo RPPeG / 71 adhuc RPO ad hec J / 72 felicitate fortuita RPO  
 fortuita felicitate J / 73 quod metuat ne RO ut metuat ne P quod  
 quod metuat ne J / 74 cecitate RPO cecitati J / 75 quare RP  
 quia JO /

FELICEM. Secundo ibi (89) AN SI excludit quandam responsionem quia<sup>76</sup> posset aliquis dicere quod non timet eius amissionem<sup>76</sup> quia non curat utrum amittatur uel non. Sed si sic est, dicit Philosophia, igitur<sup>77</sup> exile bonum fuit quia magnum et summum necessario non potest negligere. Sed in exili bono non potest esse beatitudo, cum sit summum bonum. Unde dicit (89) AN SI AMISERIT NEGLIGENDUM PUTAT ? quasi diceret non quia (90) SIC QUOQUE PEREXILE id est ualde exile BONUM EST QUOD EQUO ANIMO FERATUR AMISSUM. Deinde cum dicit (91) ET QUONIAM ponit terciam rationem quam<sup>78</sup> concludit argumentacione indirecta. Et est argumentacio indirecta quando ex inconuenienti concessio<sup>79</sup> concluditur inconueniens ex cuius contrario probatur contrarium concessi, sicut: concessio quod in rebus fortuitis sit beatitudo, cum talia morte finiantur, sequitur quod omnis homo in morte fiat miser. Sed hoc non est,<sup>80</sup> cum multi per mortem querant beatitudinem; ergo in temporalibus non consistit beatitudo. Dicit ergo (91) ET QUONIAM TU IDEM ES CUI PERSUASUM ATQUE INSITUM SCIO PERMULTIS id est ualde multis DEMONSTRACIONIBUS MENTES HOMINUM NULLO MODO ESSE MORTALES CUMQUE CLARUM SIT FORTUITAM FELICITATEM CORPORIS MORTE

---

----- . . .  
 76 quia posset amissionem RPO om. J / 77 igitur RPO ergo J /  
 78 quam P que RJO / 79 inconuenienti concessio RDM conuenienti concessio PPeG concessio JO / 80 est RPO est uerum J /



FINIRI DUBITARI NEQUIT, SI HEC scilicet mors AUFERRE BEATITUDINEM  
 POTEST, QUIN OMNE MORTALIUM GENUS IN MISERIAM MORTIS FINE LABATUR.  
 Istud tamen inconueniens sequi non posset nisi poneretur anima  
 immortalis quia non maneret subiectum susceptiuum miserie<sup>81</sup> et  
 ideo<sup>81</sup> nec miseria sed posito subiecto necesse est alterum<sup>82</sup>  
 oppositorum inesse. Sed ista conclusio est falsa quare et illud  
 unde sequitur, unde dicit (97) QUOD SI MULTOS SCIMUS<sup>83</sup> BEATITUDINIS  
 FRUCTUM NON MORTE SOLUM VERUM ECIAM DOLORIBUS SUPPLICIISQUE  
 QUESISSE, QUONAM MODO PRESENS VITA scilicet que prosperitatem  
 fortuitam respicit BEATOS<sup>84</sup> FACERE POTEST QUE TRANSACTA scilicet<sup>85</sup>  
 terminata MISEROS NON EFFICIT ?

## [II m 4]

QUISQUIS metrum quartum Anacreonticum ab inuentore, iambicum  
 a pede predominante, dimetrum a numero pedum, cathaleticum quia  
 deest sillaba ad complementum metri. Constat autem primo pede  
 spondeo uel anapesto, secundo et tercio iambicis. Huic miscuit  
 Ferecratium<sup>1</sup> de quo dictum est supra metro secundo huius libri.

---

81 miserie et ideo RPO et ideo miserie et ideo J / 82 alterim J /  
 83 scimis J / 84 beatos O bonos RPJ / 85 scilicet P scilicet id  
 est R scilicet et JO /

1 ferecratium P fericracium R feretracium JO /